

ACTA PII PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

BEATA MARIA V. ((A MERCEDE)) PRAECIPUA PATRONA CAELESTIS CONSTITUITUR REGIONIS ((BARLOVENTO)) APPELLATAE, INTRA FINES CARACENSIS ARCHIDIOECESIS POSITAE.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclaram Virginem Mariam a Mercede a multo tempore praecipuis accepimus excoli obsequiis a Christifidelibus regionis, cui nomen «Barlovento» quaeque finibus Archidioecesis Caracensis ac Dicionis Venetiolae continetur. Unde factum est ut Sacrorum administri, publicae rei Moderatores, municipiorum praefecti ac populus Deo devotus plagam illam incolentes, Eam sibi Patronam elegerint, cuius praesidio numquam non uterentur. Quod ut Nostra auctoritate confirmaremus, Venerabilis Prater Lucas Vilelmus Castillo Hernández, Caracensis Archiepiscopus, preces Nobis adhibuit. Nos autem, minime dubitantes quin eius regionis Christifideles ex huiusmodi Patrocinio fructum sint amplissimum consecuturi, vota illa libenti animo volumus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Mercede praecipuam *Patronatu* Caelestem regionis, vulgo «Barlovento» nuncupatae et intra fines Archidioecesis Caracensis positae, confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xii mensis Februarii, anno mdccccliv, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

Gildo Brugnola
a Brevibus Apostolicis

ACTA PII PP. XII

CARTA APOSTÓLICA

VIRGEN MARÍA ((DE LAS MERCEDES)) CONSTITUIDA PRINCIPAL PATRONA CELESTIAL DE LA REGIÓN LLAMADA ((BARLOVENTO)) DENTRO DE LOS LÍMITES DE LA ARQUIDIÓCESIS DE CARACAS.

PÍO XII

Para perpetua memoria. — La Preclara Virgen María de las Mercedes ha cultivado durante mucho tiempo el servicio de directora por una región Cristiana, llamada «Barlovento» en las fronteras de la Arquidiócesis de Caracas, dentro del Territorio Venezolano. En consecuencia, los sagrados ministerios, Gobernadores del estado, prefectos municipales y el pueblo devoto de Dios que habita esta región, cuya defensa siempre utilizan, la han elegido como Patrona. Sin embargo, con el fin de confirmarlo por nuestra autoridad, consultamos los ruegos del Venerable Hermano Lucas Guillermo Castillo Hernández, Arzobispo de Caracas. Pero nosotros, no tenemos la menor duda de que los Fieles de la región obtendrán un amplísimo disfrute de tal Patrocinio, queremos completar la devoción a ella alegremente. Por esta razón, después de haber consultado a la Sagrada Congregación de Ritos, con la certeza de nuestra madura deliberación, haciendo uso de la plenitud de nuestra potestad Apostólica, a través de esta Carta y a perpetuidad, confirmarnos o constituimos y declaramos, a la Virgen María de las Mercedes principal *Patrocinio* Celestial de la región conocida comúnmente como «Barlovento», ubicada dentro de los límites de la Arquidiócesis de Caracas, con todos los honores y privilegios litúrgicos que dicho patrocinio incluye, propios de los Patronos principales de las regiones. Anulando cualquier cosa que hubiera en contra. Publicamos y decidimos esto, decretando que esta Carta firmada tenga validez y eficacia; que goce y obtenga los efectos plenos e íntegros; que sean aplicados a los interesados ahora y en la posteridad; que así sea mantenido y definido, y que quede invalidado y sin eficacia todo cuanto cualquier otra autoridad a sabiendas o por ignorancia decretara en contra de esto.

Dado en Roma, junto a San Pedro, bajo el anillo del Pescador, el día 12 del mes de Febrero del año de 1954, decimoquinto de nuestro Pontificado.

Por especial mandato del Santísimo
Para el Señor Cardenal para los asuntos públicos de la Iglesia

Gildo Brugnola
un Breve Apostólico